

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Publili Terentii Comoediae sex**

**Terentius Afer, Publius**

**Francofordiae ad Oderam, 1606**

Actvs V. Scena III.

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](#)

## ACTVS V. SCENA III.

Th. Nam quid ita? Py. rogitas? hunc tu in eadem  
cogitas

Recipere posthac? Th. cur non? Py. crede hoc meae  
fidei,

Dabit hic pugnam aliquam denuò. Th. haue, tace ob-  
secro,

Py. Parum perspexisse eius videre audaciam

Ch. Non faciam Pythias. Py. non pol credo Charea,

Nisi commissum non erit. Ch. quin Pythias.

Tu me seruato. Py. neq; pol seruandum tibi

Quicquam dare, ausim, neq; te seruare, apage te.

Th. Adeste optimè ipsi frater. Ch. perij hercle: ob-  
secro

Abeamus intro Thais: nolo, me in via

In Adeste,

Cum hac veste videat. Th. quamobrem tandem? an prior syllaba  
qua pudet?

pertinet

Ch. Id ipsum. Py id ipsum? virgo verò? Th. i præ se- ad versum  
quor.

præceden<sup>o</sup>

Tu istic mane, vt Cremem in troducas Pythias.

item:

## ACTVS V. SCENA III.

Senarij.

PTTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

**Q**via? quid venire in mentem nunc posít  
mihi,

Quidnam? qui referam illi sacrilego gra-  
tiam,

Qui hunc supposuit nobis? Ch. moue verò ocyus.

Te nutrix, So. moueo. C. video, sed nihil promoues.

M

Py laus

ACTVS I.

Py. Iamne ostendisti signa nutrici? Ch. omnia.  
Py. Amabo quid arte? cognoscit ne? C. ac memoriter.  
Py. Bene ædepol narras: nam illi faues virginis.  
Ite intrò: Lam dudum hera vos expectat domi.  
Virum bonum eccum Parmenonem incedere  
Video, vide ut oculos sit, si Dijs placet,  
Spero me habere, qui nunc meo excruciem modo;  
Ibo intrò de cognitione ut certum sciam:  
Post exhibo, atque hunc perterrebo sacrilegum,

ACTVS V. SCENA III.

PARMENO, PTTHIAS.

Smarij. Euiso quidnam Chærea hic rerum gerat.  
**R** Quod si astu rem træclavit, Dijs vofrā fidem.  
Quantam & quam veram laudem capiet Parmenon,  
Nam vt omittam quod ei amorem difficultum,  
Carissimam ab meritrice auara virginem  
Quam amat, eam confeci sine molestia.  
Sine sumptu sine dispensto: tum hoc alterum,  
Id vero est, quod ego mibi putò palmarium,  
Me reperiisse, quomodo adolescentulus  
Meretricum ingenia & mores posset noscere:  
Maturè vt cum cognorit, perpetuò oderit.  
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,  
Nec magis compositū quicquara, nec magis elegans  
Quæ cum amatore suo cum cœnant, ligyrunt.  
Hilarum videre ingluviem, sordes, inopiam,

Quam